



~~OB GES~~

OB

Y 30  
dr.

2  
PHILIPPI  
FRAUNDORFFER,  
Ph. & Med. Doctoris, & in  
Marchionatu Moraviae Physici  
Provincialis,

Opusculum  
DE  
MORBIS  
MULIERUM,

*Ad*  
Mentem Recentiorū  
constructum, & pluribus  
selectioribusque Hippocratis  
textibus munitum.

---

NORIMBERGÆ,  
Impensis JOHANNIS ZIEGERI  
ANNO M DC XCVI.

G



(o) 50

---

*Reverendissimis, Celsis-  
simis, Excellentissimis, Illustris-  
simis, Perillustribus, Generosis,  
Nobilibus, Consultissimis,  
Dominis,*

DOMINIS

**INCLYTIS QVATUOR  
STATIBUS**

Marchionatūs Moraviæ.  
&c. &c.

Dominis , Dominis  
Patronis Clementissimis,  
Gratiissimis, & plurimum Hono-  
randis, Gaudium, & libel-  
lum hunc.

A 2      In-



Inclyti Proceres, Do-  
mini, & Fautores Gra-  
tiosissimi,

**D**uae res sunt in hoc  
mundo præcipue scri-  
bit Hippocrates ad  
Damagetum , Gaudium &  
Tristitia ; sunt verò plures  
gaudendi , sunt plures tristan-  
di causæ : Non minima gau-  
dendi causa est Sanitas, à qua  
vita dependet , non minima tri-  
stan-

## DEDICATIO.

stanti causa est morbus, à quo  
mors incipit. Morbus, inquam,  
ad quem debellandum, & proin-  
dē hanc tristitiae partem ab hu-  
mano genere removendam, tot  
præclara Medicorum Ingenia,  
omnem lapidem moverunt in  
Regno Minerali, omne ani-  
mal subjugarunt in Regno ani-  
mali, omnes herbas probarunt  
in Regno Vegetabili, tot do-  
cissima volumina scripserunt  
in Universa Medicina.

Horum nunquam satis lau-  
datis conatibus, ut & ego pro  
mea tenuitate aliquid conferam,  
præsentि hac meā qualicunque  
opellā de morbis Mulierum.

A 3 ini-

# DEDICATIO.

*initium feci, quam dum Vobis  
Inclyti Proceres & Status Mo-  
raviae, humillimè offero, spero,  
quod illam eō affectu suscipie-  
tis, quod Vobis & Patriæ gau-  
dium ex Sanitate queritis, quod  
abundans ac perenne ex animo  
Vobis opto*

**Inclyti Nominis  
Vestri**

*Devotissimus Cultor*

**Philip. Fraundorffer,  
Ph. & Med. Doctor.**

*Ad*



## AD LECTOREM.

Istotibi L.B.com-  
pendium curatio-  
num morborum  
muliebrium ferè omniū,  
ad mentem Recentiorum  
constructum, & selectiori-  
bus Hippocratis textibus,  
quoad fieri potuit, muni-  
tum. Si utilitatem indē  
hauseris, habeo quod in-  
tendo, si quædam minus  
probaveris, cogito quod

A 4 Hipp.

## PRÆFATIO.

Hipp. lib. de arte Argum.  
16. scriptum reliquit, Sunt  
enim his, qui hanc artem probè  
nōrunt morbi partim non in ob-  
scuro positi, & non multi, par-  
tim non in manifesto loco hæ-  
rentes, & multi sunt. Et de  
veteri Medicina Argum.  
16. Quanquam ego etiam eum  
Medicum vehementer laudâ-  
rim, qui parum delinquit, cer-  
titudinem autem exactam vi-  
dere, raro contingit. Mor-  
dacia malevolorum dicta  
nec ipse Hippocrates, Me-  
dicorum Princeps, effuge-  
re potuit, unde sequentes  
ipsius querelæ: *Artis Me-  
dicæ*

## PRÆFATI.

dicæ redæfacta ô Democrite,  
pleriq; è vulgo hominum non  
omnino laudant, verùm Diis  
sæpè attribuunt, si verò natu-  
ra reludata perdiderit eum qui  
curatur, Medicos reprehendunt,  
Numen prætereuntes, &  
ego sanè mihi videor majorem  
reprehensionem, quàm honorem  
artis me assecutum esse, ita  
scribit ad Democritum.  
Vale & posthac melius  
aliquid exspecta.

—A

A

IN-

55(0)55

## INDEX CAPITUM.

1. *De Chlorosi.*
2. *De Mensium suppressione.*
3. *De Mensium nimio fluxu.*
4. *De Fluore albo.*
5. *De Partu difficii.*
6. *De Secundina retenta.*
7. *De Foetu mortuo.*
8. *De Abortu.*
9. *De Torminibus post partum.*
10. *De Nimio lochiorum fluxu.*
11. *De Lochiorum suppressione.*
12. *De Mola.*
13. *De Passione hysterica.*
14. *De Sterilitate.*

CA-



## CAPUT PRIMUM.

### *De Chlorosi.*



Hlorosis, alio No-  
mine febris amatoria,  
est totius ferè habitus  
corporis, præsertim ta-  
men faciei, præter naturam pallidus  
color, cum gravitate & levi intume-  
scentia partium, lassitudine, difficul-  
tate spirandi post qualemque eti-  
am leve exercitium, dolore capitis,  
palpitatione cordis, inappetentia,  
aut certè appetitu depravato, pulsu  
celeri & frequenti, unde febris no-  
men accepit, suppressione men-  
sium &c. Hipp. *Quibus colores, dum*

A 6

Ju-

*Ju-venes sunt, pravi sunt ad multum tempus & continenter, non tamen morbi regii modo, hi siue viri sint, siue foeminae, caput dolent, & lapides ac terram comedunt, & haemorrhoides habent. 1. 2. prædict. argum. 37.*

Causa hujus mali est crassa, viscida, effœtaque sanguinis, lymphæ, aliorumque circulantium humorum constitutio, à vita sedentaria, somno diuturno, solitudine, tristitia (præsertim apud quas nubendi occasio tardat) frigore, aquæ potu, alimentis crudis, frigidis, insolitis, vel aliâs difficilis concoctionis, plus debito, vel saltem indebito tempore, puta immediate antè vel post somnum, vel antequam priora concocta sint, ingestis, oriunda, siquidem ab hac omnia memorata symptomata comodissimè deducuntur:

Et quidem primò pallidus color;  
nam

nam si vividus & rubeus color à sanguine benè constituto, & particulis sulphureis, volatilibus, energeticisque turgido, pallidus certè à viscido, crasso, effœtoque resultet necesse est.

Secundò, partium gravitas & intumescentia; nam sanguis dicto modo constitutus respectivâ suâ immobilitate motum circularem tardat, tardando in vasis plûs minus stagnat, stagnando verò gravat, & fibras carneas plus debitò replendo, partes attollit intumorem.

Tertiò, lassitudo ab hac ipsa modo dicta partium gravitate est partim, partim à defectu spirituum animalium, quibus in debita quantitate generandis sanguis iste existit ineptus.

Quartò, spirandi difficultas post

A 7

le-

leve exercitium corporis fit, quia ad motum corporis augetur etiam circularis motus sanguinis, aucto hoc, sanguis, sicut per omnes reliquias partes corporis, ita etiam per pulmones, in majori copia cogitur, ibi ob sui consistentiam crassiorem, & venarum angustiam non nihil hæsitat; hinc venarum & arteriarum dilatatio, radicum verò tracheæ compresio, & exinde aëris consequitur interceptio; ut nihil dicam de obstructione & intumescentia glandularum inferioris ventris, quæ etiam motum diaphragmati reddit difficiliorem.

Quintò, ex simili sanguinis in capillaribus cerebri venis hæsitatione & inde oriunda membranarum tensione, contingit dolor capitatis.

Sextò

Sextò, cordis palpitatio, cùm nihil aliud sit, quām ejus variis modis inordinata, vehemens & coacta pulsatio, ad motum convulsivum referenda, qui motus convulsivus, quia ferè à stimulo dependet, mirum non est, si à digesto sanguine producatur, qui non solum suā ob crassitiem & visciditatem diuturniore in ventriculis cordis morā, illud ad inordinatum motum irritare potest, verum etiam suā aciditate, quam ex eo acquirit, quod sulphureo-volatileibus particulis omne acidum magnoperē contemperantibus plū minus sit privatus.

Septimò, ciborum inappetentia, à fermenti ventriculi debilitate est, quod debilitans, partim ob acutivarum particularum defectum in sanguine, ex quibus scilicet par-

tia-

tialiter generatur, partim ob crudos sensim in ventriculo collectos humores, quibus involutum ulterius in actione sua impeditur.

Ostavò quandoque appetitus depravatur, hoc est, ad insolita incomestibiliaque terminatur; quia sicut ad appetitum naturalem excitandum, specificā & homini connaturali aciditate imprægnatum requiritur fermentum ventriculi, ita post concoctionem directo modo læsam, assumpta alimenta variis modis corruptur, & exinde etiam fermentum ventriculi tandem specificā quadam alteratione, ad peregrinum appetitum excitandum, aptatur.

Nonò fit pulsus celer & frequens; celer: quia sanguis ob particularum activarū defectum, magnam in corde effervescetiam

tiam non subit, unde diastole, quæ  
aliàs longior foret, brevior eva-  
dit, hinc pulsūs celeritas; frequens:  
quia partim propter crassitiem &  
visciditatem, partim propter spi-  
rituum cor moventium penuri-  
am, totus sanguis in diastole cor  
ingressus, per systolen in arterias  
non propellitur, unde fit, ut etiam  
modico in nova diastole, cor in-  
trante sanguine, cordis ventriculi  
mox iterum impleantur, impleti  
ad novam stimulentur systolen  
seu contractionem, hinc pulsūs  
frequentia.

Decimò, mensium suppressio,  
vel ab obstructione vasorum uteri  
est, cui generandæ dictus sanguis  
est aptissimus, vel verò ab ipsius  
sangvinis crassitie & visciditate,  
propter quam penetrantis uteri  
venis est ineptus.

His

His tamen non obstantibus, per se communiter periculosus morbus non censetur, nisi neglectus, valdè radicatus & concoctionis viscera nimiùm debilitata essent.

Curatur primariò alterantibus seu sanguinem reliquosque humores volatilisantibus, secundariò alvum laxantibus, additis suo tempore stomachalibus, & corroborantibus, seu sanguinis vigorem & activitatem reparantibus, sive illa medicamenta sint, sive alimenta, sint exempli loco sequentes formulæ:

Pulvis alterans.

*N. o<sup>r</sup> tis c. Sulphure præp. zj.*

*Salis F<sup>r</sup>i*

*Centaur. min. aa. zij.*

*Sacch. alb. zj.*

*Ol. cinnam.*

*Caryoph. aa. gut. x.*

*M. F. Pulvis.*

DO-

Dosis 3*β* ad 3*j* in jusculo fol.  
melissæ, agrimon. & scolopend. al-  
terato.

Electuarium alterans.

*Ex. Conseru. artemis.*

Capill. ven. aa. 3*j.*

Magist. aperit. o<sup>r</sup>tis Myns. 3*β*.

Fæcul. bryon. 3*jij.*

Elæos acch. cort. aurant. 3*jij.*

Syr. de artemis q. s.

*M. F. Elect.*

Dosis nucis moscharæ quanti-  
tas, bis, ter, in die.

Potio purgans & alterans.

*Ex. Fol. artemis.*

puleg.

rutæ murar.

melissæ aa. P. i.

sennæ f. st. 3*jij.*

Rhab. el. 3*β*.

Crem. R̄ri 3*β*.

*His*

His affunde aq.cichor. bullient  
q.s. stent in infusione per noctem,  
mane facta unâ vel altera ebulli-  
tione, in colaturæ ȝijȝ dissolve

*Mannæ calab.* ȝx.

*Syr.ros. solut. cum senna* ȝvj.

*Spir. macis gut.* xxx.

*M. F. Potio.*

Vinum stomachale & corroborans.

*R. Rad. enul. campan.*

*Catam. aromat. aa.* ȝȝ.

*fol. menthæ crisp.*

*chamædr.*

*puleg.*

*beton. aa. mȝ.*

*sem. fœniculi* ȝij.

*cass. lig.*

*Nuc. moschat. aa.* ȝj.

*Tartari chalybeat.* ȝij.

concis. ac contus. & in nodulo li-  
gatis, affunde vini generosi & an-  
tiqui q. s.

*Do.*

Dosis bonus haustus in prandio & coena.

Interea vitanda erunt omnia,  
quæ crassam, viscidam, effœtamq;  
sanguinis constitutionem inducere supra notata sunt, & contra-  
ria omnia, præsertim corporis ex-  
ercitia studiosè quærenda, qvin &  
coitus si honesto modo possit,  
tanquam utile remedium cre-  
brius celebrandus.

---

CAPUT II.

*De Mensium suppressione.*

**M**ensium suppressio est ab an-  
no ferè decimo quarto, ad  
quinquagesimum circiter, extra  
graviditatis aut lactationis tem-  
pus, sanguinis ex utero variè inter-  
ceptus menstruus fluxus.

Primo, in uteri clausura. Hipp.  
I. I.

I. I. de morb. mul. A. 3. *Hoc autem contingit, si uterorum os conclusum fuerit; idque vel per membranam obductam in prima conformatio-*  
*nem, vel per partium coagitum, aut in prima conformatio-*  
*ne, aut post ulcus excoriationem-ve inductum.*

Secundò, in vasorum sanguiferorum per uterus disseminatorum speciali angustia, seu profundiori situ, propter quam sanguis nonnunquam aliis viis ut hæmorrhoidibus, naribus, aut etiam pulmonibus effertur. Hipp. I. I. de morb. mul. Arg. 8. *Quibusdam mulieribus menses bimestrēs in utero existentes, multi per pulmonem procedunt.*

Tertiò, in sanguinis crassitie, visciditate & inde nata vasorum obstructione. Hipp. I. cit. Arg. I I.

Si

*Si verò omnino non procedunt præ morbo, aut crassi & viscidi aut glutinosi fiunt.*

*Qvartò, in sanguinis defectu ex fame, aut alia evacuatione enormi.*

*Qvintò, in sanguinis nimia copia, vi cujus præ plenitudine exitum invenire non potest.*

*Sextò, in subitaneo terrore, consternatione, aut frigore admisso.*

*Qvalia & qvām periculosa symptomata hic morbus pro varia sui causa & duratione, miseris mulierculis inferat, in variis locis describit Hippocrates & quidem:*

*Quibusdam mulieribus menses bimestres in uteris existentes, multi ad pulmonem procedunt, & ubi recepti fuerint, omnia patiuntur, quæ in tache dicta sunt, & non est possibile*

bile ipsam superesse. l. i. de morb.  
mul. Arg. 8,

Si vero fluxus ipsi non fiat, contingat ut prægnans esse videatur,  
Cum cum viro coit, doleat, ut putet quid incumbere velut in ventre habeat, Et stomachi dolore afficitur, maximè ubi quinquaginta dies præterierint, Et dolor alias atq; alias habet ventrem, Et partem circa umbilicum Et collum Et ingvina Et lumbos, Et postquam menses duo aut tres præterierint, quandoq; menses ipsi acervatim in pudendum erumpunt, Et quæ prodeunt velut carnem esse putat, quemadmodum ex fœtū corruptione Et nigra. ibid. Arg. 11.

Si vero non contingat ut menses ipsi in pudendum procedant, suppurrati facti ad partem supra inguen, juxta lateris mollitudinem erumpant

pant citra tuberculum, utpote pure  
rupto, & illa parte purulenta gra-  
veolentia procedunt. l. i. de morb.  
mul. Arg. 9.

In tertius porrò mensibus optime  
afficietur, si quae prius insunt pro-  
gressa fuerint educta, sin minùs, mu-  
lier hæc patietur; suffocatio alias  
atq; alias in ipsam irruet, & febris  
alias atq; alias corripit, ac horror  
ac lumborum dolor; hæc patietur  
in tertius mensibus, si ipsi non prodi-  
erint; in quartis vero si non egres-  
si prioribus exitum fecerint, etiam  
tunc tertii mensis afflictionibus o-  
mnibus magis affligetur, & maxi-  
mè tempore mensium, deinde minùs,  
saepè etiam à dolore libera sibi esse  
videbitur; erunt autem in quartis  
etiam hæc signa; urinam multam  
ac crassam ejicit alias atq; alias, &  
venter ipsius durus erit, & major

B

quam

quam prius, & dentibus fremet, &  
cibum aversabitur, & vigilabit,  
haec patietur in quartis mensibus, si  
vero curetur etiam in his, sanare  
vadit; & in quintis, si non multi  
menses descenderint, dolor adhuc  
fortior accidit, in sextis vero jam  
est incurabilis, & juxta priora qui-  
dem signa magis dolebit &c. I. mo-  
dò citato Arg. 5. & 6.

In Abderis Phaethusa Pythea  
Ixor, priore quidem tempore fo-  
cunda erat, cum autem maritus  
ipsius in exilium abiisset, menses  
multo tempore suppressi sunt, post-  
ea dolores & rubores ad articu-  
los oborti sunt, haec autem ubi con-  
tingissent, & corpus virile factum  
est, & hirsuta penitus evasit, &  
barbam produxit, & vox aspera  
facta est, & cum nos omnia tenta-  
semus, que ad menses detrahendos

CON-

conferre visa sunt, non prodierunt, & mortua est, cum non ita multo tempore postea vixisset; idem hoc contigit etiam Namysiae Gor-gippi Uxori in Thaso. Hipp. l. 6. de morb. popul. S. 7. in fine.

Cæterum mulieri mensibus defi-cientibus sanguinem ex naribus fluere bonum est. Hipp. S. 5. aph. 33.

Cura hujus affectus variat se-cundum causas, à quibus ille pro-ducitur.

Si ab uteri clausura dependeat, ferè manu chirurgicâ absolvitur.

Si à vasorum uteri naturali an-gustia sit, incurabilis judicetur, exceptò qvòd symptomata aliás superventura, menstruâ Venæf-ctione præveniri, sanguisqve per pulmones aliásve vias erupturus, sic compisci possit.

B 2

Si

Si à sangvinis defectu; vi<sup>c</sup>tus plenior sensim juvat.

Si à nimia copia sangvinis, tenuiori diætâ & venæsectione removetur.

Si à subitaneo terrore, consternatione, aut frigore admissò; sudoriferum ex volatilibus porrectum prodest,

Si denique qvod freqventissimum est, à crassitie, visciditate ac glutinositate sangvinis, indéqve nata vasorum obstruktione malum dependeat, diuturn? qvidem s<sup>æ</sup>pe remediorum usus reqviritur, curatur tamen, nisi nimium jam in veteratum esset.

Remedia potissimum duplia sunt, alterantia & purgantia; alterantia , qvæ nimirum sanguinem attenuare, vasorumqve obstructionem referare, purgantia,  
qua

*De Mensium suppressione.* 29

qvæ eundem sanguinem à parti-  
bus heterogeneis ex mala Ventri-  
culi concoctione collectis libera-  
re valent.

Potio purgans & alterans.

*R. Fol. Sabinæ*

*rutæ aa. P. ij.*

*dictam. Cret.*

*rad. rub. tind. aa. 3β.*

*fol. or. s. st. 3iiβ.*

*epithymi 3ijj.*

*Cort. Myrobal. Ind.*

*emblic. aa. 3jβ.*

*cinam. acut. 3j.*

His omnibus affunde aq. artemis.  
bullient. q.s. stent in infus. per no-  
ctem; manè factâ unâ ebullitione  
in colat. 3iiijβ dissolve

*Syr. ros. solut. cum Helleb. 3vij.*

*Salis artemis.*

*Tartari aa. 3j.*

*B 3*

*Aq.*

Caput Secundum*Aq. cinam. ʒβ.**M. F. Potio.**Nodulus alterans expertus.**R. Rad. Levist.**Galang. min.**Angelicæ aa. ʒij.**Ering.**Ireos flor. aa. ʒij.**fol. Matricariæ.**Sabin.**Rorismarin.**Serpilli.**Puleg. aa. mβ.**Baccar. Junip. recent. ʒj.**Cinnam. acut. ʒij.**Croci ʒj.**Salis Tartari ʒhij.*

*M. & concisa ac contusa inclu-*  
*dantur nodulo, s. q. vini albi ge-*  
*nerosi infundendo.*

*Pulvis alterans.**R. Borrac. ʒj.*

61-

*De Mensium Suppreßione.* 31

cinnam acut. 3*β.*

myrrhæ

Croci aa. gr. viij.

Castor. gr. iiij.

ol. spicæ gr. ij.

*M. F. Pul-vis.*

In aqua puleg. propinandus & pro  
necessitate repetendus.

Eleētuarium alterans.

℞. Fermenti veteris 3*β.*

rad. asari pul-v.

cinnam.acut. aa. 3ij.

Gummi ammoni ac. 3iiij.

Magist. & tis aperit. Myns. 3ij.

Salis card. bened.

artemisiæ aa. 3i*β.*

Conser*v.* Betonicæ 3j.

Elæofacch. succin. 3ij.

Syr. artemisiæ q.s.

*M. F. Eleētuarium.*

Dosis 3*β.* ad 3j. & ultra bis in  
die. Vel

B 4 Tæ-

*Tædam pinguissimam in vino albo coquito, & trium cyathorum mensurâ utatur. Hipp. de Steril. Arg. 21.*

His vel similibus internis jungi etiam possunt externa.

*Sic Menses dicit aromatum suffitūs. Hipp. S. 5. aph. 28.*

Idem facit suffitus ex urinâ veteri, scoriis ferri candeſactis aſſusâ.

Pessus.

*Rz. Rad. helleb. nig.*

*rub. tind. aa. 3ij.*

*fol. melissæ*

*sabinæ aa. 3j.*

*Castor.*

*Semin. rutæ aa. 3j.*

redigantur in Pulverem & cum succo artemisiæ. F. Pessus Syndone alba involvendus. Possunt & fomenta fieri & similia, sed ut omnia

omnia cum certiori effectu adhibentur, juxta Hippocratem, tempore quo menses aliás fluere solebant, adhiberi debent; Fomenta vero & subdivisiones medicamentorum facito, conjecturā factā, ut omnia fiant & pro ratione adhibentur, quo tempore menses prodeunt. l. i. de morb. Mul. Arg. 25.

---

### CAPUT III.

#### *De Mensium nimio fluxu.*

**M**enstruus sanguinis fluxus ex utero naturalis est, qui extra graviditatis aut lactationis tempus in mense semel, & temperamento, staturae, generique vitae mulieris commensuratus fit, idq; per 4. 5. 6. 7. vel 8. ferè dies; cæterum si vel freqventius recurrat, vel semel quidem recurrens, diu-

B 5 tius

tius perseveret, aut copiosior sit,  
ut hinc virium lapsus, faciei pal-  
lor, inappetentia, febricula, pe-  
dum intumescentia &c. accidant,  
morbus est, de quo in præsenti:  
Causa formalis & proxima est  
vasorum sanguiferorum uteri, vel  
nimia, vel contumax, vel facile  
saltēm recrudescens apertio.

Causarum remotarum com-  
munior, est constitutio sanguinis  
acido-acris & scorbutica, qvæ  
qvomodo corrosivâ suâ qvalitate  
vasa uteri aperire, maturumqve  
eorum coalitum impedire, quin  
& uterum ipsum ad freqventem  
egestionem stimulare qveat, ex-  
plicatione non indiget; prodit au-  
tem se vel in excretione sanguinis  
dolorifica, vel in consistentia illi-  
us serosa, vel in nigricantibus gru-  
mis, in qvos excretus sanguis con-  
crescere solet.

Sed

Sed contingit qvoqve, ut sanguinis per iram, insolationem, exercitium corporis, victum calefacientem, potum spirituosum, coitum immoderatum &c. præter naturam calefactus, fermentativo ac expansivo suo motu malum hoc inducat; sed hæc causa rarior videtur, siquidem debitâ quantitate evacuatâ, reliquus ferè sponte refrigeratur & sistitur.

Denique vasorum uteri per contusionem, casum, saltum, ponderis gestationem, clamorem vel similem violentiam ruptio aut vulneratio nonnunquam accidit, sed admodum raro.

Ex his causis minimum periculum portendit vasorum uteri à calidiore sanguine apertio, manus, eorundem per externam violentiam ruptio aut vulneratio,

B 6 ma-

maximum, ab acerori sangvine erosio ; Universaliter in fluxu menstruo, si convulsio accedat, aut animi defectio, malum est. Hipp. S. 5. aph. 56. Pro cura in omni casu qvies conducit ad sanguinis impetum infringendum; Supina dormiat, Et immota maneat, ait Hipp. l. 2. de morb. mul. Arg. 77. conduit, & venæsectio præser-tim in brachio instituta, ut sic e-vacuato in superioribus partibus sangvine, reliqui per uterus effluxuri motus facilius cohibeatur; ex eo etiam fine mulieri menses si cohibere voles, cucurbitam quam maximam ad mammae appone. S. 5. aph. 50.

Cæterum remedia pharmaceu-tica, si morbus à sanguinis æstu proveniat, sunt refrigerantia, si à venarum violenta ruptione, ad-strin-

Stringentia & vulneraria, si à sanguinis constitutione acido-acri & scorbutica, absorbentia & dulcificantia, sed præmissis purgantibus, juxta illud: *mulieri menses decolorer*, & non eodem tempore semper prodeuentes purgatione opus esse significant. S. 5. aph. 36.

Mixtura refrigerans.

R. *Aq. acetosæ*  
portulac. aa. 15*β*.

*Succi limon.* 3*β*.

*Nitri corallat.* 3*jij.*

*Syr. papa-v. errat.* 3*iß.*

*M.*

Alia.

R. *Succi millefol.* 3*i-v.*

*aq. urticæ* 3*viij.*

*Syr. semper vi-vi simpl.* 3*jij.*

*M.*

B 7

Mix-

Mixtura adstringens.

*R. Aq. plantag.*

centumnod. aa. ȝiȝ.

*Pulv. lap. hæmatit.* ȝȝ.

*sang. dracon. gut.* xv.

*laud. opiat. gut.* j.

*diacod. simpl.* ȝ-vj.

*M.*

Decoctum adstringens.

*R. Rad. bistort.*

*tomentille* aa. ȝȝ.

*fol. equiseti*

*bursæ pastoris* aa. Mj.

*Millefol.* Mȝ.

*flor. rosar. rub.*

*balaust.* aa. P. ij.

*cort. granat.* ȝij.

*aq. fol. quercus*

*pyrolæ* aa. q. s.

*F. decoct. ad ȝij. in colat. dis-*  
*solve*

*Trochisc. de Carabe ȝijij.*

*Syr.*

*Syr. myrtin.*

*de pilosella.*

*de mentha min. aa. 3j.*

*M. dosis 3ij. ad 3vj.*

Ad nonnihil adstringendum sanguinisque acrimoniam absorberendam, spongiam combustā ac tritam vino odorato dilutam bibendam dato. Hipp. de nat. mulier. Arg. 63. vel *Muli stercus comburito, terito, ac cum vino dato.* l. 2. de morb. mulier. Arg. 71. *Cancros fluviales in vino suffocato & vinum bibendum dato.* de nat. mul. Arg. 63. convenit & lequens pulvis:

*R. Fol. menthæ crispæ*

*chamædrios.*

*consolidæ saracen.*

*botryos aa. 3j.*

*Crystal. præp. 3ij.*

*Juccini præp. 3j.*

*rubricæ fabril.*

*cre-*

*cretæ Colon. aa. 33.*

*Elaeofach. nuc. moschat. 33.*

*M. F. Pulvis.*

Dosis 3j. pro necessitate.

Inter externa commendat Hippocr. pro pessario *stercus asini*, de nat. mul. Arg. 61. Item *capræcornu* & *gallam suffito* & *sistetur fluxus*. I. 2. de morb. mul. Arg. 74. *Sulphur* & *Mandragoram* in vi-  
no macerato, terito, & *lanā* excepta  
apponito. ibid. Arg. 77.

---

## CAPUT IV.

### *De Fluore albo.*

**F**luor albus ad contradistin-  
ctionem à fluxu menstruo sic  
dictus, est vel continua vel per vi-  
ces recurrens stillatio per locos  
muliebres, humoris modo albidi:  
Hipp. l. 2. de morb. mul. Arg. 9.

*Flu-*

*Fluxus albus fluit velut alba asini  
urina; modò flavi: idem ibid.*

*Arg. 13. Fluxus subluteum velut ex  
ovo viscosum, modo fœtidi: ibid.*

*Arg. 8. Fluxus fulvus fluit velut  
ex ovo vitioso multus & graveo-  
lens; modo corrosivi: ibid. Arg.*

*14. purgatur velut à carnibus af-  
fatis humor, & pudendum exulce-  
ratur, & ad quamcunq; aliam cor-  
poris partem destillarit.*

Symptomata quibus pro varia  
sui intensione vel duratione in-  
terdum stipatur, potissimum hæc  
sunt? In facie sunt tumores albi, &  
partes ambæ sub oculis tument, &  
hydropi formes ac non valde bona  
specie prædicti sunt oculi, ac hebe-  
tes, & color corporis subalbidus, ac  
pustulosus, & venter imus tumidus,  
& in maxillis pustulæ paulatim ru-  
bentes, parvæ, aquosæ ac malignæ.  
&

Si in cruribus tumores laxi, si presseris digito, notæ imprimuntur velut in fermento, os salivâ repletur, stomachi morsus percipiunt, cum jejunæ fuerint, aut etiam vomuerint velut acidam aquam, si ad aclivem locum procedunt, anhelatio citius corripit strangulatio, si crurum perfrigratio et genuum impotentia, si in ore ulceræ fervida, ac superficia ria, si uterus præter naturam aperitur, &c. Hipp. ibid. Arg. 9. cæterum nonnullas etiam hydrope vel tabe consumi certum est.

Hujus morbi duplices causæ considerandæ veniunt, illæ nempe quæ serofos, pituitosos & acidos tales humores in corpore cumulare, & illæ, quæ cumulatos per uterus potius quam per aliam viam dimittere aptæ sunt.

Pri.

Primæ classis sunt vita sedentaria, somnus longus, aér nebulosus, pluviosus, crebriora balnea, immoderatus aqueorum liquorum potus, fructuum recentium & fugacium esus, & omnis repletio ex crudis, frigidis & acidis saepius repetita.

Secundæ classis est glandularum, per uterum, illiusque vaginam disseminatarum nimia laxitas, ductuumque excretiorum amplitudo, quin & sphincterulorum, quibus hi ductus claudi recludiique solent, major minorque resolutio, vel à frequenti difficilive partu, vel coitu immoderato, vel longo copiosoque mensium fluxu, vel ipsâ peccantium humorum copiâ producta.

*Fluxus albus in senioribus mulieribus magis sit, quam in junioribus.*

*bis.* Hipp. l. cit. Arg. i. Curatur duplicibus remediis, evacuantibus; ut humor peccans vel per alvum, vel per vesicam, vel per poros cutis à sanguine separetur; alterantibus, ut qualiscunque illius vitiosa qualitas convenienter corrigatur, ac perversus uteri tonus quoad fieri potest, emendetur.

Potio purgans & alterans.

*Rz.* Rad. cyperi rot.

angelicæ aa. 3j.

fol. puleg.

calaminth. aa. P. ij.

summit. centaur. min. P. j.

sem. anisi 3j.

fol. sennæ s. st. 3ij.

Mechoacan. alb. 3ij.

Turbith. gum. 3b.

Crem. Tartari 3ij.

In

In fund. in aq. comm. per no-  
tem, manè bulliant parum, in  
colat.  $\frac{3}{ij}$ . disslove

*Syr. de Rhab.*  $\frac{3}{j}$ .

*spir. Tartari comp. gut.*  $\text{xx.}$

*M. F. Potio.*

Potio diuretica.

*R. Rad. apii*

*eringii aa.*  $\frac{3}{ij}$ .

*fol. Eupator. aquat.*

*charefol. aa.* *Mj.*

*bac. junip. rec. contus.*  $\frac{3}{i}\beta.$

*sem. saxifrag.*

*fesel. aa.*  $\frac{3}{j}$ .

*coq. in aq. asparag. ad*  $\frac{3}{v}.$

*colat. sine expresl. factæ adde*

*Sal. vol. succin. gr. vi.*

*Syr. de s. rad.  $\frac{3}{\beta}$ .*

*M. pro Dosi.*

Pro sudorifero serviet decoctum  
ligni S. vel Theriaca, vel mixtura  
sequens:

*R. Aq.*

*R. Aq. fœniculi*  
*scordii aa. 3vj.*  
*theriacal. simpl. 3β.*  
*ocul. 3. præp. 3β.*  
*Bezoar. min. gut. xij.*  
*Salis ebuli*  
*salsæparillæ aa. 3β.*  
*Syr. card. bened. 3ij.*  
*M. pro Dosi.*

Electuarium alterans in fluxu  
 non corrosivo.

*R. Conserv. betonic.*  
*sambuci aa. 3j.*  
*rad. helenii*  
*acori*  
*cort. aurant. omnium condit.*  
*aa. 3ij.*

*Nuc. moschat, in Ind. condit.*  
*N. j.*  
*boli armeni.*  
*Terræ sigil. aa. 3iβ.*

C.C.

C. C. usci præp. ʒi.

ol. cinam. gut. xxv.

Syr. cort. Citri q.s.

M. F. Electuarium.

Electuarium alterans in fluxu  
corrosivo.

Ex. Conserv. Viol.

Nymphæe aa. ʒiβ.

Gum. arab.

tragacanth. aa. ʒiβ.

Chalyb, cum Sulphure præp.  
ʒiβ.

Crystal. præp.

coral. rub. præp.

lap. hæmat. aa. ʒi.

Cum syr. de symphyt. Fern.

F. Electuarium.


Dosis ʒβ ad ʒj manè & vesperi.

Ad eundem scopum valet eti-  
am lac, aut ejus serum, per plures  
dies continuatum, quod in pluri-  
bus

bus locis præsertim lib. 2. de morb.  
mul. Arg. 14. Hipp. valdè com-  
mendat his verbis: *postea per die*  
*40. lac bubulum calidum bibat, &*  
*per diem nihil edat, ut ita dicam,*  
*optimum enim hoc est, nam & pur-*  
*gatur, & nutritur, & fluxus ob-*  
*tunditur ab ejusmodi lacte.*

Si præterea ad noxam uteri corrugendam etiam injectione uti volueris, myrti folia & lauri & bederæ in aqua coquito & cum hac tepida colluito. Svalente eodem ibidem. Arg.

73



**C**A

## CAPUT V.

*De Partu difficulti.*

**P**artus difficultis est, qui aut tem-  
poris, quod insumit, longitu-  
dine, aut symptomatum, quæ in-  
ducit gravitate, jam foetui, jam  
matri, jam utrique periculum mi-  
natur. Hic quatuor potissimum  
modis fit :

Primò, si membranæ, foetum  
involventes crassiores sint, ut  
à foetu vel nullo modo, vel non  
sinè difficultate rumpi possint:  
nam quando mulieri partus appro-  
pinquat, tunc puerο se movente, &  
manibus ac pedibus calcitrante, pel-  
liculam quandam internam rumpi  
contingit, rupta autem una, etiam  
aliæ debiliorem vim habent. &  
rumpuntur, primum quidem illi con-  
tiguae

tiguæ & cohærentes, postea exter-  
næ, cùm autem ruptæ fuerint pelli-  
culæ, tunc fœtus à vinculo solvi-  
tur, & agitatus foras procedit.  
Hipp. de natura pueri. Arg. 37.

Secundò, si fœtus grandior, vel  
geminus existit, vel si obliquus  
procedat, difficilis fit affectio, l. i. de  
morb. mul. Arg. 47. Item si aliàs  
vitiosà figurâ, puta manu, pede,  
naribus, &c. orificio uteri se offe-  
rat, quod interitus periculum subit,  
quùm in utero vertitur. Idem de  
octimestri partu Arg. 2.

Tertiò, si ipsæ viæ naturaliter  
angustiores sint, ut in primiparis,  
aut staturâ parvis, vel propter ple-  
thoram, pinguedinem, tumorem,  
molam, fæces alvi, calculum ves-  
cæ &c. angustentur.

Quartò, si parturientis vires  
à morbo aliquo prægresso, aut co-  
nati-

natibus parturitionis antè tempus  
editis, vehementius sint attritæ.

Sicut eventus hujus affectionis  
pro causarum diversitate variat,  
ita etiam cura pro earum varieta-  
te non nihil est diversa;

In membranarum fœtum in-  
volventium crassitie conveniunt,  
quæ ad fœtum pellendum, eumq;  
& matrem in suo labore debite  
roborandum communiter pro  
expertis habentur, ut ex formulis  
mox sequentibus patebit, cæterum  
his nihil juvantibus, artificiosa  
membranarum ungue obstetricis  
dislectio, negotium feliciter ab-  
solvit.

Si fœtus grandior aut geminus  
fuerit, præter modò laudata fœ-  
tum pellentia, etiam emollientia  
& vias dilatantia, extrinsecè adhi-  
bita, conducunt.

C 2

Qui-

Quicunque, verò duplicati compli-  
cantur & in osculo uterorum in-  
cumbunt, (idem de quâvis aliâ vi-  
tiosa figurâ intelligendum:) eos, si-  
vè vivi fuerint, si vè mortui, rur-  
sus retrò protrusos vertere opor-  
tet, quo secundum naturam in ca-  
put exeat. Hipp. l. 1, de morb.  
mul. Arg. 86.

In viarum angustia naturali,  
aut à pingyedine, tumore, calculo  
vesicæ, molâ &c. producta, præ-  
ter dicta emollientia vix aliud su-  
perest remedium, à plethora ta-  
men vel alvi fæcibus si fiat, ibi san-  
guinis missio, hic clysteres pur-  
gantes ad votum erunt. Coeterùm  
confortantia & foetum pellentia  
ubique valent, præsertim in partu-  
rientis debilitate, item sternutatio  
accedens bono est. S. 5. aph. 35, se-  
quuntur formulæ:

Mix.

Mixtura pellens & roborans.

R. Aq. Puleg. 3j.

benedict. Serpil. Mynf.  
ciñam. cum vino dest. aa.

ʒβ.

Trobisc. de myrrha 3j.

Extract. Croci. ʒβ.

ol. baccar. laur. dest. gut. iv.

Syr. è succo borrag. 3vj.

M. pro Dosi.

Pulvis ejusdem facultatis.

R. Rād. dictam. alb. 3j.

fol. marrub.

rute.

Sabinæ aa. ʒβ.

fl. centaur. min.

cheiri

lavend. aa. ʒf.

visci querc. ʒβ.

Cass. lign.

myrrha

C 3

bor-

*borrac.*

*castor.*

*offis de corde cervi*

*nucismoschat. aa. 3j.*

*ol. cort. citri gut. xv.*

M. F. Pulvis in sex doses dividendus, & in vino Hispanico propinrandus.

Incessus vias dilatans.

*herb. artemis.*

*puleg. aa. miß.*

*mercurial.*

*mal-væ*

*altheæ.*

*branc. ursin. aa. mij.*

*rad. bryon. alb.*

*liliorum alb. aa. 3ij.*

*sem. lini*

*fœnigræc. aa. 3j.*

*bord. mund. miß.*

F. decoct. in aq. com. pro Incessu.

Cly-

Clyster purgans:

*v. Rad. althææ*

*bryon. aa. 3vj.*

*herb. parietar.*

*atriplicis*

*artemis. aa. mj.*

*pulpæ colocynth.*

*croci metall. in nodulo ligator.*

*aa. 3j.*

*coq. in aq. font. ad 3x.*

In colat. dissolve

*Elect. diaphæn.*

*diaprun. solut. aa. 3ij.*

*Sal. gemmæ 3j.*

*M. pro Clystere.*

Pulvis sternutatorius.

*v. rad. hellob. alb.*

*herb. majoran.*

*salviæ*

*fl. lilior. con-val.*

*C 4*

*sem.*

*sem. nigellæ*

*piper. alb. aa. 3j.*

*ol. cinam.*

*cort. aurant. aa. gut. iiiij.*

*M. F. Putvis.*

## CAPUT VI.

### *De Secundina Retenta.*

**R**etentio Secundinæ est placen-  
tæ uterinæ & membranarum  
foetum involventium, quin & par-  
is ipsorum vasorum umbilicali-  
um diuturnior post partum in u-  
ero mora.

Hujus prima causa est quam  
Hipp. l. I. de morb. mul. Arg. 64.  
notat : Si per vim ruptus fuerit  
umbilicus, aut ab obstetricie umbili-  
co seca per imperitiam resectus, quæ  
videlicet umbilicum prius incidit,  
antequam secunda ex uteris exi-  
set,

*jet, & uteri sursum retrahunt secundam utpote lubricam &c.*

Secunda, est placentæ uterinæ cum parietibus uteri firmiter conexio , propter quam difficilius ab eo divelli potest.

Tertia, supervenient post exclusum foetum terror, timor , aut frigus, quæ omnia uterum in igestione sua inturbare, ac orificium illius arctius constringere valent.

Quarta, puerperæ à laborioso partu insignis debilitas, propter quam necessarios conatus amplius edere non potest.

Eventum Hipp. lib. cit. Arg. 65.  
sic describit : Si mulieri secunda relictæ fuerit, si non ampli fuerint uteri, purgatio ipsa minus procedit, quam oportet, & venter durus fit, ac magnus, & frigus detinet, &

C 5 fe-

febris acuta, & dolor per totum corpus, & ventris maximè partem eam, quæ est infra umbilicum, & gravitas sit in uteris, & stormen velut foetus insit, & curata secundam brevi ejicit putrefactam, & sana evadit. Secùs convulsiones, lipothymias, refrigerationes extremitorum, sudorem frigidum, quin & mortem ipsam sàpè subsequi, docet rerum omnium magistra, experientia.

Pro curatione præstat dare ea à quibus maximè purgantur puerperii purgamenta. Idem loco cit. Arg. 63. Idem injectionem in uterum hoc modo describit: Crocum leviter tritum drachmæ unius pondere, cum adipe anserino infundito, & ad plurimum tempus finito, ibid. Arg. 107. Sic ut secundæ excidunt, sternutatorio indito, nares

&amp;

Et os apprehendito. ait S. 6. aph.

49.

Proderunt item sequentia:

Ex. Aq. meliss. cum vino dest. 3*β*.  
cinam. cum vin. dest. 3*j*.

Extract. artemis. 3*β*.

myrrhæ gut. xij.

croci gut. vij.

priapi cervi pulv. 3*β*.

ol. sabin. gut. v.

Syr. de artemis. comp. 3*β*.

M. pro Dosi.

vel

Ex. Testicul. equin. pulv. 3*β*.

rad. levist.

borrac.

glaciei Mariæ aa. 3*β*.

cass. lig.

croci Aust. aa. gut. vi.

M. F. Pulvis.

propinatur in vino Hispanico.

C 6


vel

vel

*η. Rad. Aristol. rot.**belleb. nig.**myrrhæ**galban. aa. ʒj.**colocynth. ʒʒ.*

cum felle bovis f. pessarium.

Quibus tamen vel similibus, quin  
 & peritæ obstetricis aut chirurgi  
 manu adhibitâ, si nihilominus se-  
 cundinâ in utero putrescat, putri-  
 lago per injectiones detergentes  
 evocanda, & supervenientia sym-  
 ptomata propriis remediis  
 demulcenda erunt.



...  
 180  
 CA-

## CAPUT VII.

### *De Fœtu mortuo.*

**F**œtus in utero moritur, vel ante partum, vel in partu.

In Partu, quando causæ difficilis partus, suo loco enumeratæ, sunt graviores & majores.

Ante Partum, quando vel ictu vel casu prægnantis vehementius colliditur, vel ob febres, alvi fluxus, hæmorrhagias, uteri inflammationem, hydropem &c. convenienti alimento privatur.

De hujus diagnosi Hipp. l. de super fœt. Arg. 8. sic seribit: *Si quæ partui vicina sit, & oculos cavos habet, & facies intumescat, & ipsa tota itemq; pedes tument, ut velut à pituita alba apprehensa appareat, & habeat aures albas, & sumum*

C 7 Na-

*Nasum album, & labia livida, ea ipsa mortuos gestat, quos pariet, aut viros prave & non vitales, & exangues, utpote morbosos. & ibidem. Arg. 6. Cum puer immortuus fuerit, tum aliis signis conjecturare id licet, tum jubere ut aliquando in dextro latere jaceat, aliquando in sinistrum transmutet, translabitur enim in utero puer, ex quo mulier se vertit, veluti lapis, aut aliud quiddam, si mortuus fuerit, & speditem frigidum mulier habet.*

His accedit, quod nihil in ventre amplius moveatur, mammæ flaccescant, tractu temporis hali-  
tus cadaverosus, vel etiam sanies per vulvam exeat, febris lenta, animi deliquia & convulsiones &c. superveniant.

Educitur fœtus mortulus, vel pharmaciâ, vel chirurgiâ.

Ex

Ex pharmacia serviunt omnia,  
quæ ad partum difficilem, aut se-  
cundinam, retentam proposita  
sunt, quibus apud robustiores hoc  
solùm addere libet :

R. Rad. Asari 3j.

mei 3*fl*.

myrrhae 3*j*.

xviii vitæ gr. iiiij. vel iiiij.

lacch. Et syr. de cinam. q.s.

M. F. Bolus.

Chirurgiam hodiè variè variè  
exercent, placet hic methodum  
antiquorum ex Hipp. annexare,  
quam l. I. de morb. mul. Arg. 87. sic  
describit: *Dissectum per scalpellum*  
*caput cum contusorio instrumento,*  
*ne in ramenta findatur, contun-*  
*dito, Et ossa per ossium volsellam*  
*aut tractorii instrumentum juxta*  
*claviculam immisum, prout habue-*  
*rit,*

rit, extrahito, non multis simul sed paulatim exemptis; ac rursum ablatis, cum vero haec foras extraxeris, & in ipsis humeris fueris, ambas manus in articulis cum ipsis humeris secato, & ubi haec extraxeris, siquidem fieri poterit, ut exeat, etiam reliqua facile extrahito, si vero non obedient, totum pectus usque ad jugulum fundito, verum cuncto, ne in ventrem seces, & aliquid de intestino denudes, exicit enim venter & intestina & stercus, si vero horum quid excidat, majoris negotii jam res sit, contundito autem costas, & scapulas contrahito, & facile postea reliquum foetus procedet, nisi ja ventrem tumidum haberet, si enim tale quid fuerit, melius est ventrem foetus leviter perforare (flatus enim solum a ventre exit) sic facile prohibit &c.

Idem

Idem ibidem : quicunqz verò  
fœtus crux aut manum foras pro-  
tendunt , quicquid sane foris fuerit,  
quantum potes , penitissimè resecato,  
Et reliquum profunditate intus ex-  
plorata protrudito Et fœtum in  
caput vertito ; cùm autem verte-  
re aut secare puerum voles , ungues  
de manibus tuis resecato , scalpellum  
verò quo dissecas incurvum potius  
fit , quam rectum , Et hujus caput oc-  
cultato per indicem digitum , eodem  
que interna explorato ac deducito ,  
ita ut caueas nè uterum at-  
tingas .



CA-

## CAPUT VIII.

## De Abortu.

**O**Mnis immaturi foetus vio-  
lenta ex utero exclusio dici-  
tur abortus, & sit variis de causis:

Primò, quando eidem, quocun-  
que modo, debitum alimentum  
subtrahitur, ut in mensuram fluxu;  
*Hipp.l.i.de morb.mul. Arg.43.* Si  
enim in ventre habuerit, & appa-  
ruerint menses, aut abortus fiunt, si  
fuerint plures & male oientes, aut  
foetus morbosí fiunt. In venæse-  
tione largiori; Idem S. 5. aph. 30.  
*Mulier in utero gerens, secta Venâ,*  
abortit, eoque magis, si sit foetus gran-  
dior. In alvi fluxu: Idem S. 5.  
aph. 34. *Mulieri utero gerenti, si*  
*alvus multum fluat, periculum est*  
*nè abortiat.* In Inedia aut aliun-  
de nata gracilitate: Idem S. 5.  
aph.

aph. 44. Quæ præter naturam tenues uterum gerunt, abortiunt, donec habitiores fiant. In uteri denique inflammatione, abscessu, ulcere, hydrope &c. Idem l. 1. de morb. Mul. Arg. 40. Sed & ipsi uteri naturas habent, quibus abortum faciunt, cùm sunt flatuosi &c.

¶ Secundò, quando fœtui sufficiens in utero spatum negatur, in usu vestium arctiorum, mola, fœtu duplici, triplici, aut uno grandiore, mala uteri conformatio, & in specie nativa angustia. Hipp. l. de superfoet. Arg. 12. *Mulier, quæ concipit quidem, perdit autem fœtus bimestres exactè in eodem tempore, & neq; prius, neq; posterius, atq; hoc iterum atq; iterum perpessa fuerit, imò si etiā trimestres aut quadrimestres, sive vetustiores perdiderit, juxta eundem modum, talibus uteri* (pue-

(puero augescente & bimestre aut  
trimestre, aut quantumcumq[ue] tempus  
transgrediente, si quando etiā alias  
augescit) in majorem amplitudinem  
non porriguntur, ita ut non amplius  
sufficiant capiendo fœtui, sed pro-  
pterea perditur eodem tempore.

Tertiò, quando uterus aut to-  
tum corpus vehementius com-  
movenetur, agitatūr, & concutitur,  
in terrore, casu, saltu, levatione  
ponderis, vomitu, tussi, coitu im-  
moderato, ictū, alvō adstrictā, fe-  
nēsmo, quæ & alia plura Hipp. l. t.  
de morb. mul. Arg. 40. his verbis  
comprehendit: *Multa verò et-  
iam alia sunt pericula, in quibus fœ-  
tus corrumpuntur, nam si mulier in  
ventre habens ægrötārit, aut debi-  
lis fuerit, aut onus levārit, aut per-  
cussa fuerit, aut saltārit, aut cibum  
fastidierit, aut animi deliquio corre-*  
ptā

pta fuerit, aut amplius aut minus  
nutrimentum accipiat, aut timeat,  
aut consternetur, aut vociferetur,  
aut intemperanter vivat, foetum  
corrumpet.

Diagnosis abortus duplex est,  
probabiliter futuri, & jamjam in-  
stantis;

Abortum probabiliter futurum  
præter unius pluriūm ve dictarum  
causarum præsentiam indicat  
mammarū extenuatio Hipp. S. 5.  
aph. 37. Si mulieri utero gerenti  
māmæ subito extenuantur, abortus  
sequitur. Item lactis copiosus è  
mammis fluxus S. 5. aph. 52. Mu-  
lieri uterum gerenti, si lac copiose  
è mammis fluat, foetum imbecillum  
indicat.

Abortum jamjam instantem  
primò accedens inferiora ventris  
insolita gravitas, corporis horror  
vel

vel rigor, mox dolores fortes & frequentes, à regione renum ad os sacrum & pubem exorreūti, cum quodam ex utero egerendi conatu manifestant.

Præcavetur abortus remotè futurus, causas ejus intrinsecas superius enumeratas, si tolli possint, in tempore tollendo, & extrinsecus, si vitari queant, studiosè visitando.

Instans verò, nisi jam foetus inversus esset, vel internum uteri orificium pateret, aut denique jam demortui signa adessent, impeditur, ægrotam in debita quiete servando, venam brachii, si plethora urgeat, secando, ac dolores reliquaq; symptomata his vel simili bus remediis compescendo;

*Mix.*

Mixtura, dolorem sedans, & fœtum debilem roborans:

*Ex. Aq. anethi  
chamom. aa. ʒj.*

*balsam. embr. ʒβ.*

*coral. rub. præp.*

*ebor. præp. aa. ʒj.*

*laud. opiat. gr. j. vel ij.*

*Syr. gran. Kerm. ʒij.*

*M. pro Dosi.*

Clyster dolores cohibens:

*Ex. Rad. Althææ*

*lil. alb. aa. ʒβ.*

*fol. Mal-væ*

*parietar. aa. Mj.*

*fl. melilot. Mβ.*

*coq. in latte vaccino ad ʒx.*

*in colat. dissolue*

*Philon. Rom. ʒβ.*

*ol. anethini ʒj.*

*witel. ovi N.j.*

*M. F. Clyster.*

*Sac.*

Sacculi dolores demulcentes :

*R. Fol. Mercurial.*

*hyosciam*

*sangvisorbæ*

*bursæ pastor. aa. Mij.*

*Fl. Nymphææ*

*papa-v. sativæ*

*mal-væ*

*melilot. aa. Mß.*

*bord. mund. Mj,*

mixtis & simul incisis, impleantur  
tres sacculi in lacte coquendi, &  
lumbis atque regioni pubis tepidè  
imponendi.

Vel hæ ipsæ partes sequenti un-  
guento ungantur.

*R. Ung. Comitissæ*

*Anodyn. aa. zj:*

*Extract. opii gr. vj.*

*M. F. Unguentum,*

C.A-

## C A P U T I X.

### *De Torminibus post Partum.*

**P**ostquam nullus facilè huma-  
nus partus adeò facilis est, quin  
tam in illo quam post illum sua,  
in utero tormina persentiat puer-  
pera, (sed quæ post aliquot horas  
vel biduum saltem, sponte dispa-  
rent) hic ea tantum intelligenda,  
quæ solitò aut acutiora aut diu-  
turniora sunt.

Necessitas torminum istorum  
est placentæ uterinæ necessaria ab  
utero divulsio, in qua contingere  
non potest, quin major vel minor  
fiat vasorum laceratio, parietumq;  
uteri excoriatio, unde dolor, præ-  
fertim si etiam partem læsam ne-  
cessariò alluens, lochiorum san-  
gvis serosior acriorq; existat.

D

Ubi

Ubi proinde dolores isti solito graviores aut diurniores, & per consequens, manu medicâ auferendi veniunt, id vel ad lacerationem excoriationemque uteri majorem, vel ad sanguinem solitò acriterem & serosiorem, vel ad utrumque referendum est.

Unde cunque ferè orientur, plus molestiæ quam periculi asserre solent, quandoque tamen ubi vigilæ accedunt, non immerito convulsio & exinde periculum timetur.

Cura tota anodynis & sanguinis acrimoniam temperantibus absolvitur, à quibus tamen ea, quæ humores incrassare, & sic lochiorum fluxum impedire possent, excludenda sunt.

Hipp. l. i. de morb. mul. Arg. 66.  
ait: *Si ex partu doleat, resinam te-*

*re-*

*De Torminibus post partum.* 75

rebinthinam & mel & vinum tepidum forbenda dato. Ego sequentia non inutilia esse puto;

Mixtura,

R. Aq. menthae 3j.

levist. 3B.

coral. rub. præp.

C.C. usti præp. aa. 3j.

ol. Nucif. dest. gr. iij.

laud. op. gr. j. vel ij.

syr. hypericon. 3ij.

M. pro Dosi.

Unguentum.

R. Ung v. dialth. simpl. 3iB.

opii thebaic. S. V. dissol.

gr. xv.

ol. lil. alb. 3B.

M. & hypogastrium calide inunge.

Clyster:

R. Herb. mercurial. Mijß.

D 2 men-

menthæ M $\beta$ ,  
 coq. in s. q. aq. com. ad 3vij.  
 colat. adae  
 ol. Amygd. dul. 3i $\beta$ .  
 vitel. ovor. N. iij.

M. F. Clyster

qui pro necessitate injiciatur.

## CAPUT X.

### *De Nimio Lochiorum Fluxu.*

**N**omine Lochiorum intelligi-  
 tur apud Medicos ille sangu-  
 nis fluxus, qui naturaliter omnem  
 partum vel abortum comitari, ac  
 per dies plures vel pauciores sub-  
 sequi solet; nam ut Hipp. l. I. de  
 morb. mul. Arg. 89. notat: post  
 partum plerumq $\beta$  sanæ mulieri con-  
 tingit, ut post puellæ partum in qua-  
 draginta duobus diebus diuturnissi-  
 ma purgatio fiat, extra periculum  
 au-

autem est etiam, si viginti quinq;  
diebus purgetur, post masculi vero  
partum purgatio diuturnior fit in  
triginta diebus, extra periculum et-  
iam est, quæ viginti diebus contin-  
git.

Fiunt autem lochia copiosiora  
vel diuturniora, si puerpera ci-  
bum vel potum assumat multum  
calefacientem, si ob partum diffi-  
cilem adhibuit medicamenta val-  
de spirituosa, si ex natura sua san-  
guine tenuiori calidioreque est  
turgida, potissimum tamen juxta  
Hipp. loco cit. Arg. 58. Contingit  
hoc, si uteri amplioris osculi fuerint,  
Et venæ quedam ruptæ sint, quæ  
sub uteros tendunt, præ violentia  
egressus ipsius foetus.

Inter cætera symptomata, quæ  
sibi conjuncta habere solent, febris  
Et rigor habebit ipsam tenuis, Et ca-

D 3 lor

*lor per totum corpus, aliquando etiam horror, & cibi fastidium, & omnino abominabitur, & tenuis erit, ac debilis & pallida & tumida. Idem ibidem. Quibus si animi deliquum aut convulsio accedat, res in angusto est.*

Occurritur in tempore convenienti situatione ægræ. Hipp. de locis in homine Arg. 63. *Lecti autem partes à pedibus altiores esse oportet, ut nè declinatio fluxui facilitatem præbeat. Deinde Venæsektione in brachio celebratâ, ut ratione vacui in partibus superioribus facti, sanguinis ad uterum impetus cohibeatur; tandem medicamentis incrassantibus & adstringentibus vel intrò assumptis vel forinsecus applicatis, quæ talia esse possunt:*

Mix-

Mixtura.

*R. Aq. bursæ pastor.*

plantag. aa. 3*β.*

centumnod.

equiseti aa. 3*j.*

*Magnet.* præp. 3*β.*

sang. dracon.

lap. hæmat. aa. gr. viij.

laud. opiat. gr. j.

*Syr. de pilosella* 3*ijj.*

*M.*

vel

*R. Aq. rub. idæi*

papa*v.* errat. aa. 3*j.*

ladluc. 3*β.*

tinct. *z*tis adstring. 3*β.*

diacod. simpl. 3*ijβ.*

*M.*

Epithema pro regione pubis.

*R. Fot. quercus*

millefol. aa. Mi*β.*

*D 4*

*myr-*

myrtillor. nost.

Santal. rub. aa. ʒβ.

fl. Balaust.

rosar. rub. aa. Mβ.

aluminis Rochæ ʒiβ.

coq. in f. q. aq. com. ad medias.

Pessus :

**R.** Rad. symphyt. maj. ʒij.

trochisc. de Carabe ʒj.

succi hypocist.

flor. Balaust. aa. ʒβ.

cum alb. ovi F. Pessus

panno serico in-volvendus.

## C A P U T XI.

### De Lochiorum Suppressione.

**Q**uemadmodum Lochia sub-  
inde copiosius justò prorum-  
punt, sic nonnunquam etiam par-  
ciùs fluunt, aut in totum suppri-  
mun-

muntur, idque potissimum ex dupli-  
plici causâ :

Primò, quando sanguis crassior  
aut glutinosior existit, & sic vasa  
uteri obstruendo sibi ipsi viam  
præcludit.

Secundò , quando ipsa vasa &  
uterus, vel propter subitaneum ter-  
rorem, vel frigus admissum, sese  
corrugant, contrahuntque arctius,  
& hoc modo contenti sanguinis  
effluxum intercipiunt.

Quidquid horum fiat, sympto-  
mata haud levia subsequi certum  
est ex Hipp. l. de natura mul. Arg. 9.  
*Si ex partu non fuerit purgata, tu-*  
*met venter, & crura, & rigor ac*  
*dolor imum ventrem ac lumbos te-*  
*niet, quandoq; etiam ad viscera*  
*ascendit, & animo linq; vitur, atq;*  
*haec patitur incipiente morbo.* Et  
lib. i. de morb. mul. Arg. 20. Cùm

D 5 mu-

*mulieri aut partū purgamenta non fuerint purgata , aut menses non prodierint, aut etiam uterus durus fuerit, dolor habet lumbos & lateris mollitudinem & inguina & femora, & pedes amarè dolet, & venter attollitur, & horrores per corpus discurrunt, ex talibus autem fiunt febres acutæ. Item eodem lib. Arg. 50. Si vero processerit ad caput, thoracemq; ac pulmonem , fit enim & hoc moriuntur sëpè statim, si detineatur ac firmatur , si vero probè exeat per os aut per nares, sana evadit.*

*Verum non hæc sola, sed & plura alia mala accedunt; nam sicut lochiorum sanguis in utero præter naturam subsistens, abdomen tumidum relinquit; Sicut idem fermentativo & consequenter expansivo suo motu, membranas uteri*

uteri & vicinarum partium tendens, dolores varios excitat; Sicut heterogeneitate suâ totam massam sanguineâ præternaturaliter efferveſcere faciens, febrem continuam accedit; sicut ruptis venis sese in tracheæ rainulos effundens, haemoptoën producit; sic etiam quatenus corruptis suis effluviis fermentum stomachale inficit, nauseam & inappetentiam generat; quatenus vapores acres & adustos ad fauces & os transmittit, sitim causat; quatenus acidis suis particulis fibras nerveas vellicat, atque contentos in iis spiritus in motus inordinatos cogit, convulsiones accersit; quatenus tandem temporis tractu totum sanguinis alveum variè depravando, innato cordis igni, debitum pabulum eripit, animi deliquia & mortem inducit.

Quo-

Quoad remedia, si morbus à frigore aut terrore provenit, nihil aptius est, quam sudorifera ex voluntatibus parata; ceterum conveniunt pleraque, quae suprà ad menses movendos laudata sunt, & sequentia:

*Mixtura.*

*R. Aq. serpilli*

*origani aa. 3j.*

*matricariae*

*hysteric. c. castor. aa. 3B.*

*Extract. Melissæ 3B.*

*Sal. Junip. gr. xxv.*

*ol. myrræ gr. iiij.*

*Syr. de cinnam. 3B.*

*M.**Decoctum.*

*R. Rad. Vincetox.*

*Cyperi rot. aa. 3ij.*

*fol. agrimon.*

*artemisiae*

*Me.*

*melissæ*

*puleg. aa. M.ß.*

*sem. ameos*

*rutea aa. z.ß.*

*fl. chamom.*

*matricariæ aa. P. ij.*

*Caryoph.*

*Mactis aa. z.ij.*

*coq. in s. q. Vini albi ad z. i. v.*

*Vel z. v. j.*

*In colatura dissolue*

*Extract. Castor. gr. v. j.*

*Sacch. alb. q. s. M.*

*Sacculi.*

*R. Rad. althææ*

*malvæ*

*aristol. rot.*

*angelic. aa. z. j.*

*fol. puleg.*

*Sabinæ*

*tanaceti*

*Mercurial. aa. Mij.*

*D 7 sem.*

*sem. lini*

*fœnigræc. aa. 3j.*

*fl. chanom.*

*sambuci aa. P. ij.*

Conscientantur omnia & contundantur, ac duobus sacculis interpassandis imponantur, qui in æq. part. vini & aq. coquantur, & hypogastrio calidè superponantur alternatim.

Commendat idem Hipp. l. I. de morb. mul. Arg. 101. pessaria his verbis: *Mercuriale tritā in lant apponito, aut artemisiā tritā similiter subdito.*

His accedit venæsectio in pede instituta, imò ego in binis mulieribus, aliis omnibus nihil proficiuntibus, per venæsectionem eamque largam & repetitam in brachio celebratam, lochiorum fluxum feliciter supplevi, quæ proinde

de præ reliquis locum habere potest & debet, ubi jam præsens febrilis calor ulteriorem calidorum usum dissuadet.

---

**CAPUT XII.***De Mola.*

**M**ola, quam alii à voce græca μύλη deducunt, quæ inter alia carnem informem & inutilem in muliebri utero conceptam significat; alii à Persico vocabulo Molin, quod carnis parturitionem denotat; strictè accepta est massa carnea modò sic, modò aliter figurata, non post quamcunque excoriationem aut exulcerationem, sed post carnalem cum viro copulam, in utero muliebri enata.

Sic docet Hipp. in tribus locis.  
Nam l. 1. de morb. mul. Arg. 88.

&amp;

& lib. de Steril. Arg. 20. ait: *Molē porrō conceptus causa hæc est, cùm multi menses modicum & morbosum semen conceperint, neq; fœtus re-etus fit, & venter plenus est, velut prægnantis.* &c l. 2. de morb. mul. Arg. 62. *Si mola ipsa innascatur à crassa geniturā intus retenta &c.*

Causæ proinde illius potissimum videntur esse sequentes: prima, particularum præcipuarum ad fœtus formationem (*Ovi muliebris fœcundationem*) in semine requisitarum defectus, aut ab aliis heterogeneis irretitio, quod Hipp. modò citatus per semen paucum & morbosum innuit. Altera, texitura seminis (*ovi muliebris*) vel densitate vel aliâ particularum componentium pravâ situatione perversa & irregularis, atque ha-  
ctenus perversæ tantum & irregi-  
laris

laris nutritionis capax, quod Hipp. in secundo textu per genituram crassam intelligere videtur.

Est in suo principio cognitu valdè difficilis, quia veræ imprægnationi multum assimilis, progressu tamen temporis, si solitaria est (conjungitur enim interdum etiam foetui) sequentibus signis discerni poterit: 1. Quòd menses plerumque fluant, licet diminutè. 2. Quòd ferè dolorē punctionum, circa regionē uteri, comitem habeat. 3. Quòd pressa cedat, & sibi relicta in consuetum locum redeat. 4. Quòd instar globi versus pubē potissimum vergat. 5. Quòd mammæ quidem turgeant, genuinum lac verò non producant. 6. Quòd non moveatur, nisi forte ex accidenti ad motum prægnantis, unde quidem aliquando

de


de motu somniant prolis avidæ mulieres, sed ubi alius ventri magnum imponit, nihil deprehendit.  
7. Quod accedente partus tempore nullus partus sequatur, quin sæpè ad plures annos, imò dies vitæ gestetur, sæpè etiam in atrophiam vel hydropem ægram præcipitet.

Audiatur Hipp. lib. i. de mōrb. mul. Arg. 88. & lib. de steril. Arg. 20. suprà citatus sic pergens: *Nihil autem in ventre morietur, neq; lac in manis generatur, māmæ autem turridæ sunt, hæc itaq; ad duos annos, sæpè etiam tres, sic habet, Et si quidem una caro fiat, mulier perit, neq; enim fieri potest, ut superstes maneat, si vero plures, erumpit ipsi per pudendum sanguis multus ac carnosus, Et si hoc moderate fiat, servatur, sin minus à fluxu correpta*

pta perit, Et morbus quidem talis est, judicare vero oportet ex plenitudinis mole, Et quod in ventre non moveatur, nam mas trimestris, foemina quadriimestris motum habet, postquam igitur tempore hoc praetergresso non moveatur, nimis hic morbus est, est autem hoc magnum signum, quod lac in manibus non generetur. Hanc igitur maxime quidem non curato, aut certe cum predicatione; Et primum quidem totum corpus forveto, deinde per sedem clysterem adhibeto, quo sanguis multus erumpat, fortassis enim quod compactum est commoveris, (id quod foetus esse putatur) muliere a pharmaco calefacta, sed Et utero colluito, quo sanguinem educas, si minus, subdititiis utatur e bupresti Et dictamnum creticum in vino bibat, si minus, castoris te-

testem, & retrò cucurbitam ipsi ad laterum mollitudinem affigitō, & plurimum sanguinem detrahito; atq; hoc maxime conjecturā virum ipsius factā.

Ex his præter prognosin etiam remedia patent, nimirum fomenta (quibus æquiparandi insessus & balnea) clysteres acres & calefacientes, injectiones emenagogæ in uterum, pessi emenagogi, emenagoga per os assumpta, & larga sanguinis detractio, de quibus omnibus passim in hoc libello dictum.



CA

## CAPUT XIII.

### *De Passione Hysterica.*

**N**on tantum à Veteribus sed plerisque etiam Recentioribus adnumeratur uterinis passionibus etiam illa , quæ à speciali symptomate strangulatoria seu suffocatoria appellatur, & dicitur per excellentiam Passio Hysterica seu uterina , quamvis ἡστηρία apud Græcos potius secundinam, quām uterus significet.

Ab aliis quidem, quod à semine retento & corrupto eam produci credant, immemores, quod plurimæ corripiantur etiam in matrimonio positæ, ac frequenti coitu omne ( si quod ipsis inest) semen superfluum effudentes, & contra sæpius non afficiantur virgines

94 *Caput Decimum tertium*

gines & viduæ vitam verè castam  
agentes.

Ab aliis, quia sanguinem men-  
struum retentum & malè affe-  
ctum accusant, non observantes  
promiscuè hoc malo laborare, &  
quibus menstrua naturaliter flu-  
unt, & quibus non fluunt, quibus  
ob tencram ætatem nondum eru-  
perunt, & quibus completis annis  
jam penitus disparuerunt, quin &  
viro, sanguine menstruo utique  
totaliter carentes,

Ego ad Epilepsiam non ineptè  
reduci posse judicarem, tum ob  
symptomatum, quæ inferre solet,  
cum illis, quæ sunt Epilepsia, simi-  
litudinem, quam pridem agnovit  
Hipp. l. i. de morb. mul. Arg. 18.  
dicens: *Ubi vero ad hepar & pæ-  
cordia fuerint uteri, & strangulâ-  
rint, mulier albus oculorum partes*  
*sub-*

*comig*

Subvertit, & frigida fit, sunt autem  
& quæ livide fiunt, quedam etiā  
dentibus freudent, & salivæ ad os  
fiunt, & similes sunt his, qui ab  
Herculeo morbo detinentur. Tum  
quia melancholicas ferè invadit,  
at secundum Hipp. l. 6. de Popul.  
S. 7. in fine, atrabilarii etiam comi-  
tiali morbo corripi solent plerumq;  
& vicissim comitiales fieri solent  
atrabilarii. Tum quia omnia re-  
media, quæ epilepticos juvant,  
hic quoque prodeste observantur,  
& vicissim.

Hujus paroxismum aliquando  
præcedunt oscitationes, pandicula-  
tiones, mentis torpor, murmura  
abdominis, ructus, nausea &c. Ali-  
quando ex improviso ingruit.  
Hipp. de nat. mul. Arg. 3. Si uteri  
ad hepar accesserint, muta derepen-  
te fit, & dentes conserit, & color ni-  
ger,

l. 7 v.

95 Caput Decimum tertium

ger, patitur autem hæc derepentè cum sana est. Sed & in terram prolabitur, sensus tam externi quam interni deficiunt, oculorum partes subvertit, sensus strangulationis adest, & in variis abdominis locis globi cuiusdam perceptio, adest & sopor, spuma in ore, sœpè respiratio ad sensum abolita, pulsus obscurus & insensibilis, motus convulsivus, cordis palpitatio, interdum deliria, vomitus, capitis & colli dolor, extremorum refrigeratio &c. quæ tamen omnia multum variant, pro causæ morbificæ varia intensione, copia, ac in diversis corporis partibus præsentia.

Est autem causa hujus mali humor acidus, in hac vel illa abdominis parte collectus, & vel propriâ, ut ita dicam, maturatione,  
vel

vel à causâ aliquâ externâ in motum actus, quo aut emissis ad varias & præsertim nervosas partes acidis effluviis, aut ipse cum lympha aut sanguine eò raptus, enumerata symptomata producat.

Per quod tamen uterus quasi semper & omnino insons non excluditur, quin imò fieri potest, ut in substantia sua laxa ac spongiosa glandulosaque, sicut sanguinem menstruum, ità humores alios vitiros & acidos frequenter accumulet, nec etiam obstare quidquam videtur, quin sicut in aliis corporis partibus, puta ventriculo, pancreate, hepate, liene, &c. ità etiam in utero, epilepsia, interdum suam habere possit; quin nec retentum ac male affectum sanguinem menstruum aut semen ex causarum numero rejicio, (post inventa ova mulierum, de liquo-

E

re

re seminali vaginam uteri in coitu humectante intelligi potest) quæ variis modis etiam corrupti & acescere posse non dubito; ast universalis uteri culpa tum ob rationes insinuatas, tum quod in sectione cadaverum saepius secundum omnes suas partes sanus & illeſus inventus sit, negatur.

Humorem acidum autem pecare, ex sequentibus probatur:

Primò ex Hipp. de natura mul. Arg. 18. docente: *Cum vero ad præcordia uteri allapsi fuerint, suffocant, & ubi frequenter acida evomuit, ad modicum tempus melius habet.* & l. 2. de morb. mul. Arg. 20. *Et cum ad præcordia allapsi fuerint, strangulant, & vomit pituita acidam, & dentes stupescunt, ubi vomuerit, melius habere videtur.*

Secundò, quia remedia passim adhiberi solita, velut *Ung. alc. cran.*

*bu-*

*human. coral. margarit. ebur. C. C.  
lap. Bezoar, succinum, & tialia, quæ  
singula sunt absorbentia ; Rad.  
Arist. rot. pœon. zedoar. levis. va-  
lerian. lig. g-vajac. visc. qvercin.  
fol. meliss. artemis. menth. salu. ma-  
joran. la-vend. Sem. Pœon. nigel.  
rute, raphan. cymn. fœnic. anisi.  
item nux moschata, macis, caryo-  
phylli, cinnam. castor. quæ sunt me-  
ra aromatica & sale volatili abun-  
dantia, omnia ad humorem aci-  
dum infringendum directa sunt.  
Et Hipp. de nat. mul. Arg. 3. ait :  
*Postquam autem resipuerit, phar-  
macum deorsum purgans bibendum  
dato, & lac asininū poste à bibendū  
exhibeto.* Et lib. 2. de morb. mul.  
Arg. 20. *Serum caprinum coctum ;*  
*Quid autem acidum magis tem-  
perat quam lac aut ejus serum ?**

Tertiò, quia sive consideremus  
dentium consertionē, quæ à con-

E 2 vul-

vulsione muscularum oculos mouentium; sive sensum strangulationis, qui à convulsione muscularum laryngis; sive respirationem abolitam, quæ à convulsione muscularū pectoralium & diaphragmatis; sive globi in abdomen perceptionem, quæ à convulsione intestinorum aut mesenterii; sive vomitum, qui à convulsione ventriculi; sive cordis palpitationem, quæ itidem ab illius convulsione fit; primaria symptomata omnia à convulsione dependere videm⁹; ad hanc autem inducendam quid aptius humore acido⁹ postquam particulis pungentibus constat, quibus ad partes nervosas stimulandas & spiritus in motus inordinatos agendos nihil est efficacius.

Et hinc est, quod frequentius fœminas invadat, hæ enim cùm plerūq; magis pusillanimes, mœstæ,

sc.

sedentariæ, timidæ, ac crudorum,  
frigidorum, acidorumq; ciborum  
amantes, imò naturaliter viris feré  
frigidiores sint, humorem acidum  
sibi accumulant præ istis.

Medicamenta partim superiùs  
insinuata sunt, partim ex sequen-  
tibus Hippocratis textibus desumi-  
possunt: *Aperto ore vinū odora-  
tissimū infundito, & graveolentia  
naribus admo-veto, sub utero verò*  
(si causam in utero latere suspicio-  
sit) *benevolentia , postquā autem  
resipuerit, pharmacū infra purgans  
bibendum dato, & lac asininū post-  
ea bibendum exhibeto.* De nat.mul.  
Arg. 3. *Si uteri ascendentis suffocā-  
rint, funiculum lucernarium accen-  
sum extinguit, & naribus adhibe-  
to, quo fumum attrahat.* ibid. Arg.  
62. *Mulieri, quæ ab uteri strangu-  
lationibus vexatur , aut difficulter  
parit, sternutatio accedens bonum.*

S. 5. aph. 35. Si ad cor allapsi uteri  
strangulārint, viticis & paeoniæ se-  
men in vino bibendum dato. De nat.  
mul. Arg. 32. Castoreum bibendum  
dato. Ibid. Arg. 18. Sed & id quod  
urinam ciet, lib. 2. de morb. mul.  
Arg. 83. juxta quæ in Paroxysmo  
tales vel similes formulas compo-  
nere non abs re erit :

*℞. Aq. Menth. ʒiij.*

*epilept. Lang. ʒiij.*

*C.C. usti præp.*

*Magist. Uing. Alcis aa. ᷄j.*

*essent. Castor. ʒj.*

*ol. succin. gut. iiij.*

*syr. de artemis. comp. ʒij.*

*M.*

*vel*

*℞. Aq. ciñam. cum vin.*

*hyſt. c. castor. aa. ʒj.*

*cretæ colon. ʒj.*

*laud. op. gr. j.*

*syr. de Melissa ʒiij.*

*M.*

*vel*

vel &c. Aq. puleg.

Matricar. aa. ʒj.

Theriacal. simpl. ʒβ.

Magist. cran. human.

Juccin. alb. aa. Əj.

Extract. Myrrhæ

visci q. aa. Əβ.

ol. caryophl.

carvi aa. gut. ij.

Syr. de cinnam. ʒij.

M.

vel &c. Rad. aristol. rot.

le-vist. aa. Əj.

sem. viticis

peon. aa. Əβ.

M. F. Pul-vis.

detur cum vino Hispanico.

Extra paroxysmum purgantia, diuretica, & acidum emendantia insinuata (inter quæ magni nominis decoctum lig. gvajac. ♂talia & lac) usurpanda erunt, quorum formulæ passim in hoc libello extant;

tant; si verò aliquando à retentio-  
ne atque corruptione sanguinis  
menstrui aut liquoris seminalis  
morbis proveniat, modò enumera-  
tatis medicamentis, ibi quæ men-  
strua pellunt, hic quæ seminalis  
materiæ generationem remoran-  
tur, vel evacuationē promovoent,  
addenda erunt.

---

## CAPUT XIV.

### *De Sterilitate.*

**S**Terilitas mulieris est ejusdem  
ætate ad generationem ha-  
bili constitutæ, & consuetudine  
viri sani & fœcundi debitè utentis,  
in utero concipiendi incapacitas.

De hac, siquidem per se morbus  
dici vix possit, sed potius aliorum  
morborum soboles, sufficiat pro  
coronide præcipuos Hippocratis  
textus adducere, inq; illis causas &  
signa solummodò recensere, his e-  
nim

nim intellectis, cura sese sponte  
insinuabit:

*Si genitur am non suscipiat mulier,  
mensibus secundum naturam prode-  
untib⁹, membrana præposita est, (fit  
etiam aliis de causis) cognosces autē,  
ubi digito obicem contigeris. l. i. de  
morb. mul. Arg. 35.*

*Etsi omnino conclusum fuerit os  
uterorum, neq; sic concipiet. de Ste-  
ril. Arg. 1.*

*Neg⁹ si recens conclusum magis  
fuerit, quam oportet. ibid.*

*Etsi magis quam convenit uteri  
biārint, neq; sic prægnans fit. ibid.  
Arg. 3.*

*Etsi os uterorum ex pudendo ex-  
ciderit, neq; sic concipit. ibid. Arg. 5.*

*Si os uterorum omnino a-versum  
fuerit à pudendo, non concipiunt.  
ibid. Arg. 1.*

*Si verò præter naturam mulier  
fuerit crassè facta, in ventre nō con-  
cipit,*

106 Caput Decimum quartum

cipit, nam omentum crassum ac multum incumbens os uteroru depri-  
mit, & genituram non suscipiunt.  
ibid. Arg. 15.

Quamdiu sanè ulcus in ventre  
babuerit, non concipit. ibid. Arg. 2.

Si verò pauciores, quam debeant,  
menses prodeant, neq; sic prægnans  
fit. ibid. Arg. 4.

Et siquidem natura mulier mul-  
tos menses demittit, sterilis fit. ibid.  
Arg. 5.

Imo quidquid in mensibus mali in-  
est, haec auferre oportet, quum vi-  
delicet pituitosi sunt, & pelliculosi,  
& saniosi, & tenues, aut albi, & gru-  
mosi, & cum nigri sunt, & carbun-  
culosi, aut caliginosi, aut acres, salsi,  
turbati, purulentii: haec omnes causae  
tollendae, prohibent enim in utero  
conceptum. l. i. de morb. mul.  
Arg. 24.

Concipit autem in ventre, neq; ea,  
que

quæ humiditatem habet, neq; quæ resiccata est. de superfœt. Arg. 33.

Si leves fuerint uteri, contingit autem hoc. Et ex natura quibusdam, Et si ulcera innata magnas cicatrices reliquerint, si leves igitur fuerint uteri, mulier in ventre non concipit. de Steril. Arg. 2.

Cæterum si mulier non concipit, scire autem expedit, num conceptura sit, vestibus undiq; ob-volutæ per inferna suffitum apponito, Et si odor quidem ad nares Et os usq;, per corpus tibi per vadere videtur, ipsam non ex se se infæcundam esse scito. S. 5. aph. 59. Vel allii caput integrum derasum appone, Et vide an per os oleat. l. i. de morb. mul. Arg. 105.

Butyrum Et lac mulieris masculum alentis bibendum dato, Et si eruca verit, concipiet, sin minus, non. de Steril. Arg. 6.

Porro ex mulieribus, quæ magis aus

108 Caput Decim. quartum de Steril.

aut minus in utero concipere solent,  
itā considerationem facere conve-  
nit: primum quidem specierum, par-  
væ enim ad conceptionem præstan-  
tiores sunt majoribus, tenues crassis,  
albæ rubicundis, nigræ lividis; quæ  
item venas conspicuas habent, meli-  
ores sunt, quām quibus non apparēt,  
carnem autem uberiorē habere ani-  
culæ, malum est, mammae autem  
tumidas & magnas, bonum.

I. 2. prædict. Arg.

31.

F I N I S.

O. A. M. D. G.




465543  
X26173/11

V077

R



**Farbkarte #13**



2  
PHILIPPI  
FRAUNDORFFER,  
I. & Med. Doctoris, & in  
Marchionatu Moraviæ Physici  
Provincialis,  
**Opusculum**  
DE  
**MORBIS  
MULIERUM,**  
*Ad*  
lentem Recentiorū  
instrūctum, & pluribus  
selectioribusque Hippocratis  
textibus munitum.

---

NORIMBERGÆ,  
impensis JOHANNIS ZIEGERI  
ANNO M DC XCVI.